

- 25 Cuncta suo imperio consistere regna triumpho,
Rursus in antiquos mutataque secula mores
Aurea Roma iterum renovata renascitur orbi.

SENEX.

- Dic, audax iuvenis, qui te cupis esse poetam,
Rustica raucisone meditaris carmina Musae,
30 Huc tibi, stulte puer, que causa palatia tanta,
Que fuit alta novae cernendi moenia Romae?
Hic frustra in longum deducis carmina tractum,
Publica nulla canis, nulli tua carmina digna,
Sed cunctis dispecta patent, stultissime vates.
35 Horrida precipuus nuper tua carmina David
Sprevit et ingrate delusit munera Musae,
Nec te, credo, velit tantus cognoscere Cesar.

PUER.

- 0 felix vates, senioris nomen adeptus,
Arboreis recubas formosus miles in umbris.
40 Quo caput orbis erit, Romam vocitare licebit
Forte locum: omnis erit huc, omnis sexus et aetas.
Hic requies fessis demum venientibus extat.
Ipse locus magnos modicosque ex ordine cunctos
Quippe receptat ovans, meritis pro premia reddit.
45 Spreta adeo domino non sunt mea carmina magno,
Ille solet calamo silvestri ludere saepe
Nec vilem tantus iudex me iudicat esse.
Ante cadant imis miscentia sidera terris
Sese aut ad summos extollant flumina caelos,
25 'Cunc' L. 28 '. . ic' L., 'Dic' verb. Traube. 'petam' L. 34 'ul-
tissime' L. 37 'Nec ie' L. 40 'roma' L. 42 'fessus' L. 45 'Sreta' L.
47 'Ne' L. 48 'cadunt' L.; 'cadant' Ermenr. 49 'extollunt' L.; 'Aut
fluat ad summos flumen ubique polos' Erm.

26 Karol. M. et Leo 1 'Rursus in ambiguos'; Arator I, 494 'Rursus
ab antiquis'. 27 Art. Am. III, 113 'aurea Roma'; Calp. Ecl. I, 42
'Aurea secura cum pace renascitur aetas'. 29 Amor. II, 4, 19 'rustica . . |
Carmina', Ecl. III, 84, vgl. oben v. 4. 30—31 Aen. I, 7 'atque altae
moenia Romae'; Kar. M. et Leo 98 'Altaque . . moenia Romae'; Ecl.
I, 27 'Et quae tanta fuit Romam tibi caussa videndi'? 32 Met. II, 320
'longoque . . tractu'; Fast. I, 709 'carmen deduxit'; Ecl. VI, 5. 33 Ecl.
VIII, 10 'tua carmina digna'. 38 Fast. I, 585 'At felix vates'; IV, 420,
Met. VIII, 151 'nomen adepta'. 39 Met. X, 129 'arborea . . ab umbra';
Iuvenci H. E. II, 123 'Arborea quod te vidi recubare sub umbra'.
40 Amor. I, 15, 26 'Roma triumphati dum caput orbis erit'; Kar. M. et
Leo 92 'caput orbis'. 42 Alcuini Carm. (Poetae lat. I, 221) IV, 15 'Est
nam certa quies fessis venientibus illuc'. 44 Iuvenci H. E. IV, 303 'mer-
itis sua praemia reddet'. 46 Ecl. I, 10 'Ludere . . calamo . . agresti'; 2.
48 ff. Nemesian. Ecl. I, 79 'Ante dabit flores autumnus, ver dabit uvas, |
Quam taceat, Meliboeae, tuas mea fistula laudes'.